

boni præsagiebat, perpetuumq; timorem incutiebat.  
Quum autem nullum consilium occurreret, aufugit  
nemine sciente aut persequente. Dein scribit ad quen  
dam amicum se pecunias uicino surripuisse, domi in  
suo hypocastio integras adhuc esse, rogare eū quod  
pecunias hero suo restituat. Nam se non posse trans  
quillum habere animum, nisi mox pecuniae furto sub  
tractæ restituantur, ne alij in periculum propter fur  
tum admissum ab ipso, aut saltem in suspicionem ue  
niāt. Ideo probè dictum: Conscientia mille testes supe  
rat, ac malefactores seipso condemnare.

¶ De muliere lunatica. 1545.

Mulier quedam in delitijs à teneris educata, diuitiæ  
parentem habens, sed rusticum & auarum, lanioni  
elocatur, qui nescio, quale flagitium post contractum  
matrimonium designauerat, ut ei cum reliquis con  
tribulibus nihil commercij amplius esset. & eam ob  
causam coactus est locum mutare, et ab lanionis of  
ficio desistere. Vxor autem illius absq; dubio ob mœ  
xorem & tristitiam infortunij mariti parum insanire  
cœpit, & à satana tentari, qui nusquam non locum  
decipiendi nos querit. Dixit enim non semel misera  
mulier satanam in auribus illius subsultare, mala in  
numera subinde suggerere, ad desperationem inhon  
tari. Minister uerbi ad illam uocatus, cum quo primò  
loqui nolebat, etsi saepius tam blandis quam amaris  
uerbis admoneretur. Tandem post longam delihera

## 58 CONVIVAL. SERMON.

tionem ad omnia interrogata paucis respondit addūtis singultibus. Accidit autem 27. Ianuarij, hora octa ua pomeridiana, ut se uestibus pulchris adornaret. Et fœmina, quæ curā illius agebat, ignorante, quid nam ageret in cubiculo, domesticis negotijs implicata. Verum lunatica mulier ex domo clam aufugit, et in Rheni flumen se præcipitauit nemine sciente, nec uidente. Clamorē quidā Rheni uicini audierunt. dicebat enim: Domine Iesu miserere mei. Interim matresfamilias omnes domus angulos perscrutatur, sed nusquam apparebat misera mulier. Vicinia tota auditatis clamoribus et lachrymis accurrit, causā rei inquirēs. Dicebat mulierculā amisisse, raditā ad custodiendū. Atqui alter adie didicerūt suffocatā esse aquis. Sic satan nobis imponit, quum à precatione assidus cessamus. Recliquit duos pueros egregios, quos summa fide et diligētia instituit. Melancholica omnino fuit et superstitiosa. Cui maritus datus improbus, quū adhuc iuuenis puella esset. Timeo ne parētes in causa sint illius calamitosæ mortis, qui eam deseruerunt in istis tribulationibus.

## ¶ De exploratoribus.

Exploratores iam antiquitus tam apud Romanos quam Persas lex est publice ali, qui clā aduersus hostes ire consueuerunt, ut illorū facta diligenter uestigata ducibus renuncient. Horum itaq; multi benevolentia in sui generis homines, ut par est uti conātur, quidam vero aduersarijs secreta referunt.

Prin

Silentium ac ruborem pro consensu ducens . Addidit  
præterea ipse , quæ faceret sine ullius pudoris uela/  
mento . Posteaquam semel uidit erubescere ac taces-  
re , uel quia dignitas talia refutabat , contulit se ad iu-  
uenes , & ab his cœpit omnia exquirere : à quibus  
cum audiret ætati congrua gaudere cœpit , et dicere  
uere liberam uindemiam esse quam sic celebrarent .

¶ De nobili quodam .

Audiui non semel , quum Francofurti cis Viadrum  
agerem , à doctis & fide dignis hominibus mirabi-  
lem historiam . Est oppidum in confinijs Poloniæ no-  
mine Mesritz , ab eo distat arx , octo ferè miliaribus ,  
in qua nobilis quidam podagricus habitabat , senio  
multo confectus , qui duodecim meretrices alebat ,  
quo blanditias Veneris perpetuo sentiret , & tem-  
pus quum morbo laboraret eò commodius fallere  
posset . Quas cùm aut scortari amplius nollent , aut  
pulchritudine amissa , ferre non posset , rusticis mar-  
rimonio coniungebat dote ingenti data , ac iuniores  
in locum earum substituebat , ne solitarius uiuere co-  
geretur . Nolebat enim uxorem ducere legitimam ,  
nescio quam ob causam .

¶ Aliud .

Ego ipse meis auribus audiui à principe quodam  
Veneri deditissimo , quæ me pudet dicere . Accidit  
ut iuuenis princeps incideret in sacerdotem senem ,  
quem post colloquium longum , quod cum sacerdote  
insti-

Non inquit, hoc magis nosti, quām si per spinas den  
sissimas ambulans dicere posse, ista me pupugit.

¶ De leproso. 1545.

Leprosum quidam se mentiens ad annos aliquot,  
deprehensus Basileæ, et inuentus mundus. Virgis ob  
dolum publice ceditur, quo deinceps ab ista impo  
stura desistat. Aiunt illum ualde fuisse diuitem (ex  
Gallia enim fuit) Et mirū quod mendicitas illi adeo  
arriserit, ut paternas possessiōes derelinqueret. Quo  
modo potuit leprosorū halitum, fœtores & immuni  
ditiem perferre? Nōnne bis miser est, qui quum posset  
laute domi uiuere, se misericordiis hominibus immis  
scet? Mendicibus itaque regula præscribenda est, ne  
alijs sint oneri suo ocio & mendicitate.

¶ De doctore Antonio Brisacensi Scotista.

is in omni sophistica subtilitate ad miraculū usq;  
doctus fuit, die noctuq; Scotti tenebras euoluēs. Inter  
prandendum librum apertum ad latus sinistrum lo  
carat, quem perpetuo intuebatur cū solus esset. De  
ambulans aut in horto, uel platea, seruus librum in  
sacco portabat à tergo, ut si omnia, quæ uolebat, nō  
penitus memoriæ essent infixa librum aperiret, & lo  
cum de quo dubium habebat, perquireret. Tandem  
redigitur ad insaniam propter multijugam doctrinā  
& disputationibus quibus gaudebat. Adseruatur di  
ligenter à consanguineis, ne sibi manus inferret: sed  
frustra. Quum enim prandij tempus instaret, arrepto

n s cultro,

cultro, sibi gulam, nemine præsenie, perforat, & pro  
pria manu finem uitæ imponit. Is in disputationibus  
contra Eccium & alios sophistas acerrimus fuit, in  
soluendis argumētis felix, licet obscurus ob doctrinā  
multijugam qua scatebat. Hanc uolui historiam hic  
inserere, nō in odium illius uiri, sed ut cognitū omnis  
bus esset, quām diligentissimus fuisset scoticarum do  
ctorinā lector, quo nos pudeat tam negligentes esse  
in diuinis libris euoluendis.

¶ De Florentia. 1542.

Tribus locis insignibus Florentia die 22. Decem  
bris de cœlo fuit tacta. Primū fulmen fornicem sumi  
mam maioris templi aperuit. Alterū idem templum  
à latere dextro, tantū ruinæ & damni attulit, ut uix  
x v. milibus coronatorum resarciri possit. Tertium  
regiam ducis combusit, qua parte rem diuinā facere  
consueuerant, & quendam nobilem aulicum inter  
fecit. Cuncta hæc in meridie eiusdem diei acciderūt.

¶ Alia horrenda.

Siciliae x vii. die Decemb. terræmotuum ui pro  
strata est arx Nicodiæ, atq; una corruerunt 150. do  
mus, ubi & multi homines occubuerunt, ita ut Mar  
chio urbis et uxor Messenam aufugerint. Cathaneæ  
& Syracusis eadem contigerunt, ideo habitatores  
ciuitatis migrauerunt, Leutini, Calathagyrone, Mes  
itelli, & pleraq; alia loca sunt diruta.

Litteræ

## ¶ De fulmine cœlesti. 1545.

Vicesimo Iunij die quidam mulio discedens à Basilea summo mane, quem herus cum reliquis equitibus post horam sequi uolebat, in campo plano ante syluam fulmine ictus interficitur, & si consecratam à Romano Pontifice cerulam, quam Agnum dei uocant, uim aduersus fulgura & tempestates admirabilē habere dicitur, collo suspensam teneret. Passim in corpore suo stigmata, præcipue in capite & dorso, quæ fulmen ardens inuaserat, apparebant. Mulier parum sensit periculi. Nam solummodo in terra prostratus iacuerat, fortassis propter onus, aut fulminis uaporem. Territi subsequentes seruo inuento (duces Allobrogum legatos fuisse, ad Cæsarem iter facturos, quidam dicebant) & mox reuersi Basileam, miserabilem serui interitum indicantes, quem postea honorifice tradiderunt sepulture.

## ¶ Alud exemplum.

Et Pompeius fulmine afflatus interiit. Exercitus acrò eius pestilentia correptus, pene totus absumpsus est. Ex Eutrop.

## ¶ Simile. ex Euth.

Lucius Cluuius eques Romanus, cum uxore & filia de Roma in Apuliam rediens, tempestate correptus, cum filiam consternatam uideret, ut citius propioribus tectis succederet, reliquis uehiculis omnibus arreptis que equis, filiam uirginem equo insiden-

tem

momento mira inhospitalis fratercula. Abiit summo  
mane insalutato hospite, ira accensus, ac immisitfa-  
tanam quendam furibundum, die noctuq; in cœno/  
bio perstrepenem, omnia mouentem tam in ecclesia,  
quam in ipsis habitationibus monachorum, adeo ut  
quietem nullam habere possint, quodcūq; negotium  
attentarent. Tandem deliberarūt, an cœnobiū esset  
relinquendū, aut omnino pereundum. Palatino itaq;  
scripserunt de infortunio illo, quo tenebantur. Qui  
cœnobium in suam recepit defensionem, abiectis mo-  
nachis, quibus alimenta præstat in singulos annos,  
reliqua sibi seruat. Aiunt quidā, et si adhuc hodie mo-  
nachi cœnobium intrent, tantas turbationes fieri, ut  
quietem incolentes habere non possint. Hoc nouit sa-

¶ Aliud de Fausto exemplū. (tan instituere.

Basileæ cum illo cœnatus sum in collegio magno,  
qui uarij generis aues, nescio ubi emerat, aut quis de-  
derat, cum hoc temporis nullæ uenderentur, coquo  
ad assandum præbuerat. quales etiam ego nunquam  
in nostris regionibus uiderim. Canē secum ducebat  
¶ equum, satanas fuisse reor, qui ad omnia erat pa-  
rati exequenda. Canem aliquando servi formā assus-  
mcre, ¶ esculenta adferre, quidā mihi dixere. Atqui  
miser deplorandum finem sortitus est, nam à satana  
suffocatus, cuius cadauer in feretro facie ad terram  
perpetuo spectas, et si quinques in tergū uerteretur:  
Dominus custodiat nos, ne satanæ mancipia fiamus.

stum, qui cordis secreta rimaretur & nosset. In qua opinione adhuc sic desipit, ut nullo helleboro posset restituī. Sic simplices decipiuntur ab hypocritis istis.

¶ De sacerdote quodam perfido historiæ  
horrenda. 1544.

Ante quinq; annos, quidam nomine Ioannes, diaconus in agro Bernatum, descivit ab Euangeliū ueritate, quam ad tempus aliquod confessus fuerat. Causa fuit innata malitia, & præcipue uitium ebrietatis, quo in papatu assuetus. In synodo enim Bernæ habita reprehensus amaris quidem uerbis, & meritò id, quia opus habebat increpatione non uulgari, ob scelerata manifesta, quibus inuidabat, quibusq; ecclesiæ magnum offendiculum dabat. Hanc increpationem ægreferens, & si nihil fidi nec excogitati haberet, adeò ut abiret amaro stomacho, peiora quæq; animo uoluens, spiculatorem publicum (fratres interim in synodo congregatos, consultantes de canonica poena homini infligenda relinquēs) conuenit, cùm quo bibit strenuè & inebriatur, dicens ad illum, se non dignum amplius cum ministris uerbi edere aut biberre, sed dignū ut cum carnifice uoluptuctur. Nam nullam sententiam illius causam defendētem se expectare ab istis tam sœuis censoribus. Homo benè potus, incœpit rixari cum spiculatore, & cum finem contentionis, sape admonitus facere vollet, per gradus præci

præcipitatur. Confusus miser quum parum edormis  
uiisset uillum, inscius quo se uerteret. Adiit resumpto  
animo, Euangelij fratres, quæ nam eſſet sententia de  
eo lata, percontabatur. Per ſpacium anni ( quemadmo  
dum in consuetudine habent ) Beneficio & mu  
nere ecclesiastico priuatur, quò interea pœnitētiam  
agat, & uitam in melius cōmutet rogatur. Promisit  
ſe sanctè uicturum, ac gratias egit ob christianam il  
lam emendationem. Verum quid accidit? satanæ ſug  
geſtionibus affenſit, & Cellam, Episcopi Constanti  
ensis oppidulum, adiit celeri gradu, ex nimia despe  
ratione, & ſe abſolui ab excommunicationis uincu  
lo, quo putabat ſe teneri conſtrictum, ob ſpretum pa  
pismum, petiit, ſe peccaffe ingenue dicebat, non co  
aclus, cōtra Papam. Miffam deniq; & ceremonias,  
à Pontificibus inuectas, contempſiſſe, Euangelicis ſe  
adiunxiſſe, cuius rei illū iam pœniteat, egregium ſe  
futurum defensorem deinceps Romanæ ſedis. Abſo  
lutus eſt post abiuratū Euangeliū Christi Iefu. Be  
neſcio ecclesiastico donatus in Brissaudia, in qua  
ad mēſes aliquot pastorem uinolentū egerat. Quem  
rustici ferre nolebant ob prauos mores, & corru  
ptam uitam: In Alſatiā tandem uenit, ac mox pa  
ſtoris officium illi delegatum eſt, ob inopiam ſacer  
dotū, in pago Husen, prope Colmariam Imperij Ro  
mani ciuitatem. Quum rustici celebrarēt Encænia,  
ita ſe turpiter geſſit, cum potando tūm edēdo & can

u tanod

tando obſcēna carmina, idq; in publico hospitio, ut  
rustici illū, quia permerdauerat caligas, pessime tra-  
starent, ac indusum à tergo eximerent, plenum ster-  
core fœido, quod mox in os illius ingerebant. Dein  
eadem, hoc est multo turpiora in Benuuilen pago de-  
signauit in ipso prādio paucis post diebus. Vbi adeò  
ebrius erat, ut ſui rationem habere non posset, pecu-  
dem dixiſſes, non hominem. Rustici gaudio affluer-  
bant, iō canentes in detestationem ſacerdotis, cui di-  
cebant: qualis paſtor quam sobrius, quam diligētcm  
curam animarum ſuæ ecclesiæ habet. In cœlum ebri-  
orum uenient, quoſcunq; iam ad uitam mortis pa-  
raturus eſt? Qualem deum cras in Missa faciet anhe-  
litu iſto uinolento? Alius inquit, reliquias constantior,  
Agite, crinibus ſacerdotem ſcelestū ſpoliabimus, da  
cultrum, ego tonsoris officium agam. Tonsus itaq;  
eſt ſacerdos, qui ne restitit quidē. Crines in os illi in-  
culcarunt, ac uestem dilacerarāt more canum. Sicq;  
domum deductus miser, tanquam insanum animal.  
Eodem anno 15. Auguſti in Raperschuuir (oppidu-  
lum in Alſatia) ebrietate ita grauatus in taberna pu-  
blica fuit, ut hominē omnino exueret. A lictore pu-  
blico admonitus, ne ita pocula euacuaret, malum  
exemplū præberet, contra ſacerdotalē dignitatē age-  
ret. Cui pugnum in maxillam impegit, dicens: Tuūs  
non eſt ſacerdotem dei corripere. Tumultus excita-  
tur, ſed ſtatim conſopitur. A Jeſſum eſt iterum, O po-  
culis

culis certatum. Tandem sacerdos uocat hospitem, rogans ut cubiculum apperiat, se uelle parum dormire. Abiit titubundus, hinc inde corpus ponderans, et per gradus, nemine cōpellente, praecepitur. Aliqui dicunt quod à quodam parum attachus, ac sic præcipitatus. Altero die moritur miser, nec edens nec bibens, imò ne uerbum loquens, nec dei misericordiam implorans. Digna apostatae poena. Tales sacerdotes uulgas amat, & nobilium sunt consiliarij.

¶ De terroribus mortis.

Audiui non semel fuisse quendam, honestæ uitæ hominem, morti adiudicatum. Et quū duceretur ad supplicij locum, ac genua flectens, orationem dominicam precaretur, quo dominus peccatorum remissionem daret, ac anima ad superna domicilia uolaret, adcurrisse tabellarium, literas à principe suo ferens, ne homo iste plecteretur. Nam esse innocentem, ac sceleris huius propter quod morti condemnatus, autorem non esse. Iussus itaque à carnifice surgere. Nam res suas lœtum exitum habituras esse. Sed nō potuit surgere præ timore, quo enecatus erat, & in terram quum sapius admoneretur procubuit, et mortuus est ob imminens periculum. Hoc exemplū indicat quantæ sint angustiæ & terrores mortis, & in quantis doloribus cor hominis sit constitutum, præcipue ilorum, qui iamiam suppicio ultimo plectendi.